



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TRENTO (DIOCESI), *Proprium sanctorum civitatis et dioecesis Tridentinae, ad usum Breviarij Romani accomodatum. Iussu illust. ac reverendiss. d.d. Caroli S.R.E. card. Madrucij episcopi principisque Tridenti editum*, Trento, Santo Zanetti e Antonio Marchi, 1626.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I k 171

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/120>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. T. *d.* 480

229 Ph 300

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T

I

h

171

K 1113789

D 1113769

PROPRIVM
SANCTORVM
CIVITATIS

ET DIOECESIS TRIDENTINAE,
Ad vsum Breuiarij Romani accommo-
datum.

Iussu Illust. ac Reuerendis. D. D. Caroli S. R. E.
Card. Madrucij Episcopi Principisq;
Tridenti editum.



TRIDENTI, Typis Antonij Marchi, &
Santi Zanetti, Superiorum permissu. 1626.



I A N V A R I V S .

A	Kal.	1	
b	iiiij	2	
c	iiij	3	
d	Prid.	4	
e	Non.	5	
f	viiij	6	
g	vij	7	
A	vj	8	
b	v	9	
c	iiiij	10	
d	iiij	11	
e	Prid.	12	
f	Idib.	13	
g	xix	14	
A	xviiij	15	S. Romedii Confessoris. duplex.
b	xvij	16	
c	xvj	17	
d	xv	18	
e	xiiiij	19	
f	xiiij	20	
g	xij	21	
A	xj	22	
b	x	23	S. Ioānis eleemosynarii Episc. cōf.
c	ix	24	(dupl)
d	viiij	25	
e	vij	26	
f	vj	27	
g	v	28	
A	iiiij	29	
b	iiij	30	
c	Prid.	31	

FEBRUARIUS.

d	Kal.	1	
e	iiii	2	
f	iii	3	S. Blasii Episc. & marty. duplex.
g		4	
A		5	S. Agathæ virg. & mart. duplex.
b	viii	6	S. Dorotheæ virg. & mart. dupl.
c	vii	7	
d	vi	8	
e	v	9	S. Apolloniæ virg. & mart. dupl.
f	iiii	10	
g	iii	11	
A		12	
b		13	
c	xvi	14	S. Valentini, marty. duplex.
d	xv	15	
e	xiiii	16	
f	xiii	17	
g	xii	18	
A	xi	19	
b	x	20	
c	ix	21	
d	viii	22	
e	vii	23	
f	vi	24	
g		25	
A	v	26	
b	iiii	27	
c	iii	28	
	Prid.		

MAR-

MARTIVS.

d	Kal.	1	
e	vj	2	
f	v	3	
g	iiiij	4	
A	iiij	5	
b	Prid.	6	S. Claudiani confess. duplex.
c	Non.	7	
d	viiij	8	
e	vij	9	
f	vj	10	
g	v	11	
A	iiiij	12	
b	iiij	13	
c	Prid.	14	
d	Idib.	15	S. Magoriani confess. duplex.
e	xvij	16	
f	xvj	17	
g	xv	18	
A	xiiiij	19	
b	xiiij	20	
c	xij	21	
d	xj	22	
e	x	23	
f	ix	24	S. Simonis Innocentis & m. dupl
g	viiij	25	
A	vij	26	
b	vi	27	S. Adalpreti Episc. & mart. dupl
c	v	28	
d	iiiij	29	
e	iii	30	
f	Prid.	31	

A P R I L I S.

g	Kal.	1	
A	iiiij	2	
b	iiij	3	
c	Prid.	4	
d	Non.	5	
e	viiiij	6	
f	vij	7	
g	vj	8	
A	v	9	
b	iiiiij	10	
c	iiij	11	
d	Prid.	12	
e	Idib.	13	
f	xviiij	14	
g	xviij	15	
A	xvj	16	
b	xv	17	
c	xiiiiij	18	
d	xiiiij	19	
e	xij	20	
f	xj	21	
g	x	22	
A	ix	23	S. Adalberti Episc. & mart. dupl.
b	viiiij	24	S. Georgij mart. duplex.
c	viiij	25	
d	vij	26	
e	v	27	
f	iiiiij	28	
g	iiij	29	
A	Prid.	30	S. Maxentia viduz. duplex.

M A I V S.

b	Kal.	1	
c	vj	2	
d	v	3	
e	iiiij	4	
f	iiij	5	S. Gottardi Episc. & Conf. dupl.
g	Prid.	6	
A	Non.	7	
b	viiij	8	
c	vij	9	
d	vj	10	
e	v	11	
f	iiiij	12	
g	iiij	13	
A	Prid.	14	
b	Idib.	15	
c	xvij	16	
d	xvj	17	
e	xv	18	
f	xiiiij	19	
g	xiiij	20	S. Bernardini Confess. duplex.
A	xij	21	
b	xj	22	
c	x	23	
d	ix	24	
e	viiij	25	
f	vij	26	
g	vj	27	
A	v	28	
b	iiiij	29	SS. Sifinij, Martyrij & Alexandri (mart. dupl.)
c	iiij	30	
d	Prid.	31	

e	Kal.	1	
f	iiij	2	
g	iiij	3	
A	Prid.	4	
b	Non.	5	
c	viiij	6	
d	viij	7	
e	vj	8	
f	v	9	
g	iiiiij	10	
A	iiiiij	11	
b	Prid.	12	
c	Idib.	13	
d	xviiij	14	
e	xviij	15	SS. Viti, Modesti & Crescentiæ marty. duplex.
f	xvj	16	
g	xv	17	
A	xiiiiij	18	
b	xiiiij	19	SS. Geruasi & Prothasij m. dupl.
c	xij	20	
d	xj	21	
e	x	22	
f	ix	23	
g	viiij	24	
A	viij	25	
b	vj	26	S. Vigili Episc. & mar. Pat. dupl.
c	v	27	
d	iiiiij	28	
e	iiiiij	29	
f	Prid.	30	

g		1
A	vj	2
b	v	3
c	iiij	4
d	iiij	5
e	Prid.	6
f	Non.	7
g	viiij	8
A	vij	9
b	vj	10
c	v	11
d	iiij	12
e	iiij	13
f	Prid.	14
g	Idib.	15
A	xvij	16
b	xvj	17
c	xv	18
d	xiiij	19
e	xiiij	20
f	xij	21
g	xj	22
A	x	23
b	ix	24
c	viiij	25
d	vij	26
e	vj	27
f	v	28
g	iiij	29
A	iiij	30
b	Prid.	31

(Eccl. Trid. **dupl.**)
 SS. Hermac. & For. mart. fundat.
 S. Margaritæ virg. & mart. **dupl.**
 S. Apollinaris Episc. & mar. **dupl.**
 S. Christophori marty. **duplex.**

AUGVSTVS.

c	Kal.	1	
d	iiiiij	2	
e	iiij	3	
f	Prid.	4	
g	Non.	5	
A	viiij	6	
b	vij	7	S. Donati Episc. & mart. duplex.
c	vj	8	
d	v	9	
e	iiiiij	10	
f	iiij	11	
g	Prid.	12	S. Clare virginis. duplex.
A	Idib.	13	
b	xix	14	
c	xviiij	15	
d	xvij	16	S. Rochi Confess. duplex.
e	xvj	17	S. Hyacinti Confess. duplex.
f	xv	18	
g	xiiiiij	19	
A	xiiij	20	
b	xij	21	
c	xj	22	
d	x	23	
e	ix	24	
f	viiij	25	S. Ludouici Gallie Regis. semid.
g	vij	26	
A	vj	27	
b	v	28	
c	iiiiij	29	
d	iiij	30	
e	Prid.	31	

SEPTEMBER.

f	Kal.	1
g	iiiij	2
A	iiij	3
b	Prid.	4
c	Non.	5
d	viiij	6
e	vij	7
f	vj	8
g	v	9
A	iiiij	10
b	iiij	11
c	Prid.	12
d	Idib.	13
e	xviiij	14
f	xvij	15
g	xvj	16
A	xv	17
b	xiiiij	18
c	xiiiij	19
d	xij	20
e	xj	21
f	x	22
g	ix	23
A	viiij	24
b	vij	25
c	vi	26
d	v	27
e	iiii	28
f	iii	29
g	Prid.	30

Impresionis sacrorū stigmatum in
(corp. B. Franc. **dupl.**)

SS. Eustachii & sociorū m. **dupl.**

OCTO.

OCTOBER.

A	Kal.	1	Angeli Custodis. duplex.
b	vj	2	
c	v	3	
d	iiij	4	
e	iiij	5	
f	Prid.	6	S. Brunonis Conf. semidupl.
g	Non.	7	S. Iustinae virg. & mart. duplex.
A	viiij	8	S. Birgittae virg. semiduplex.
b	vij	9	
c	vj	10	
d	v	11	
e	iiij	12	
f	iiij	13	S. Geraldi confessoris. duplex.
g	Prid.	14	
A	Idib.	15	
b	xvij	16	
c	xvj	17	S. Florentij Episc. confess. duplex.
d	xv	18	
e	xiiii	19	
f	xiii	20	
g	xij	21	SS. Ursulae & soc. virg. & m. dupl
A	xj	22	
b	x	23	
c	ix	24	
d	viiij	25	
e	vij	26	
f	vi	27	
g	v	28	
A	iiij	29	
b	iiij	30	
c	Prid.	31	


NOVEMBER.

d	Kal.	1	
e	iiii	2	
f	iii	3	
g	Prid.	4	S. Caroli Episcopi & cōfess. dupl.
A	Non.	5	
b	viiij	6	S. Leonardi confess. duplex.
c	vij	7	
d	vj	8	
e	v	9	
f	iiiiij	10	
g	iiij	11	
A	Prid.	12	
b	Idib.	13	
c	xviiij	14	
d	xviij	15	
e	xvj	16	
f	xv	17	
g	xiiiiij	18	Dedicationis Eccl. Triden. dupl.
A	xiiij	19	
b	xij	20	
c	xj	21	
d	x	22	
e	ix	23	
f	viiij	24	
g	vij	25	S. Catharinæ virg. & mart. dupl.
A	vi	26	
b	v	27	
c	iiiiij	28	
d	iiii	29	
e	Prid.	30	

D E C E M B E R.

f	Kal.	1
g	iiii	2
A	iii	3
b	Prid.	4
c	Non.	5
d	viii	6
e	vii	7
f	vi	8
g	v	9
A	iiii	10
b	iii	11
c	Prid.	12
d	Idib.	13
e	xix	14
f	xviii	15
g	xvii	16
A	xvi	17
b	xv	18
c	xiiii	19
d	xiii	20
e	xii	21
f	xi	22
g	x	23
A	ix	24
b	viii	25
c	vii	26
d	vi	27
e	v	28
f	iiii	29
g	iii	30
A	Prid.	31

S. Nicolai Episc. & confess. **dupl**


PROPRIVM SANCTORVM
 Ecclesiae & Diocesis
 Tridentinae .

I A N V A R I V S .

Die XV.

S Ancti Romedij
 Confess. duplex.
 de Communi Con-
 fessoris non Pontif.
 Oratio. **D**eus, qui.
 In primo Nocturno
 Lectiones de Scrip-
 tura occurrente.
 In secūdo, de Sermo-
 ne S. Gregorij, **D**e-
 ridetur.
 In tertio Homilia in
 Euangelium, **S**int lū-
 bi vestri. de eodem
 communi.

Die XXIII.

S. Ioannis Eleemosy-
 narij Episcopi & Cō-
 fessoris, duplex.
 Oratio. **D**a quæsu-
 mus omnipotens.
 In primo Nocturno
 Lectiones de Scrip-
 tura occurrente.
 In secundo de Sermo-
 ne, **B**eati Patris.
 In tertio Homilia in
 Euangelium, **H**omo
 quidam peregrè: **d**e
 Communi **C**onfes-
 soris Pontificis.

A

Fe.

FEBRVARIVS.

FEBRVARIVS.

Die III.

S. Blasij Episcopi & Martyris. duplex.

Oratio. Deus, qui.

Lectioes in primo Nocturno de Scriptura occurrente.

In secundo prima lectio, prout in Breviario, propria: reliquæ duæ ex serm: Principes persecuti sūt me.

In tertio Homilia in Euangelium. Si quis vult venire post me.

de Comuni vnus Martyris.

Die V.

S. Agathe Virginis, & Martyris. duplex. Omnia vt in Breviario.

Die VI.

S. Dorothee Virginis

& Martyris. duplex.

Oratio. Indulgentiā.

In primo Nocturno Lectioes de Scriptura occurrente,

In secundo prima de proprio, vt in Breviario: duæ reliquæ de serm: Nunc nobis ad virgines.

In tertio Homilia in Euangelium Simile est regnū cœlorum thesauro: de Comuni Virginum & Martyris.

Die IX.

S. Apolloniae Virg. & Martyris. duplex.

Oratio. Deus, qui inter cœtera.

In primo Nocturno Lectioes de Scriptura occurrente. (quod

si in Quadragesima

incide

FEBRVARIVS.

inciderit, de libro Ecclesiastici, Confitebor tibi.)

In secundo prima de proprio ex Breuiario; duæ reliquæ de Sermone, Quoniã hodie,

In tertio Homilia in Euangelium, Simile est regnum cœlorum decem virginibus. de

Communi Virginũ Die XIV.

S. Valẽtini, Martyris, duplex. Oratio vt in Breuiario.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente. (quod

si in Quadragesima venerit, de Epistola

B. Pauli Fratres, debitores sumus,) ex

Communi plurimo-

rum Martyrum:

In secundo de sermone, Triumphalis.

In tertio Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 10.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terrã: non veni pacem mittere, sed gladiũ & reliqua.

Homilia S. Hilarij Episcopi.

QVæ ista diuisio est? inter prima enim legis precepta accepim⁹: Honora patrem tuum & matrem tuam & ipse Dominus ait: Pacem meam

do vobis, pacem meā relinquo vobis. Quid sibi vult missus potius gladius in terram & separatus a patre filius, & filia à matre, & nurus aduersus socrum, & hominis domesticus eius inimicus?

R. Corona aurea.

Gladius telorum omnium telum acutissimum est, in quo sit ius potestatis & iudicij seueritas & animaduersio peccatorum: & huius quidē teli nomine noui Euāgelij prædicationem appellatam frequens in Prophetis auctoritas est. Dei igitur verbum nūcupatum meminimus in gladio,

qui gladius missus in terram est, id est, prædicationem eius hominum cordibus infusam. **R.** Hic est verè martyr.

Pergit deinde eorū dē præceptorum & intelligentiæ decursu: nam posteaquam relinquenda omnia, quæ in seculo charissima sunt, imperauerat, adiecit: Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus: quia, qui Christi sunt, crucifixerunt corpus cū vitij & concupiscentia: & indignus est Christo, qui non crucem suam, in qua cōpatimur, commori-

MARTIVS.

mur, conresurgimus, accipiens Dominum sit secutus, in hoc sacramento fidei spiritus nouitate victurus. **Te Deum.**

MARTIVS.

Die IV.

In festo sancti Casimiri confessoris.

Semiduplex.

Officium totum sumitur de Communi Confessoris non Pontificis, præter propria quæ sequuntur. Oratio

DEVUS, qui inter Regales delicias, intactum à mundi illecebris, spiritum Sancti Casimiri Confessoris tui conseruasti, fac quæsumus, ut tui fideles ita in tuo

amore firmentur: ut & terrena despiciant, & ad cælestia semper aspirent. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filiū tuū.

Qui tecum uiuit, &c.

Deinde si hoc Festi uenerit in Quadragesima, sit commemoratio feriae occurrentis.

Postea s. Lucij Pape & martyris. Deus qui nos concedis &c de Communi unius martyris.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti si celebretur ante Quadragesimam: Si uero in Quadragesima.

Iustus si morte præoccupatus fuerit, &c.

cum reliq. de Comuni Confessoris nō Pontificis.

In secūdo Nocturno.

Lectio iij.

SAnctus Casimirus, patre Casimiro, Tertio, Jagellonide, Rege Poloniae, matre vero Elisabetha Austriaca Alberti Romanorum Imperatoris filia religiosissima foemina natus, pueritiam, & magnam adolescentiae partem, sub optimis praceptoribus in litterarum disciplinis, & studio virtutum exegit. Vbi autem eos adolescentiae annos attingit, quibus vt plurimum caeteri voluptati indulgere

consueuerunt, mox se sibus, & corpori suo frantum continentiae iniecit, iuueniles artus, duro cilicio, & assiduis ieiunijs extenuando, lectiq. Regalis abiecta mollitiae in nuda humo cubado: in more etiam positum habuit, intempesta clam nocte sacras aedes adire, atque ante ipsarum vestibulum posita in terra facie, Diuinum numen exorare. In Diuinae vero passionis contemplatione, vir Dei, feruenti ac indefesso mentis studio versabatur, tremendoq. Missae sacrificio ita attentus, & mente in Deum ere-

ctus intererat, vt extra se planè rapi videretur.

R. Honestum fecit illum Dominus, &c.

Lectio v.

Sermo ipsi aliàs disertissimo parcus, & modestus, isq. potissimum de virtutù excellentia, Dei laudibus, & proximorum in turpi vitiorum cæno volutantium, ad saniores mētem, & vitæ puritatem reductione. Catholicæ religionis feruētissimus promotor extitit. Schisma Rutenorum abolere, studiosissimè contendit: à patre quippe suo Casimiro, ferri legem fecit, ne schisma-

tici noua templa extruerent, neuè extructa vetustate collabētia restaurarent. Egenis, viduis, pupillis, & oppressis, nunquam defuit, ideòq. nomen fortitus erat Patris & Defensoris à fortuna humiliatorum. Virginitatem denique ab incunabulis planè vsque ad extremum vitæ spiritum, integrā, intemeratamq. serauit: correptus enim graui ægitudine mori potius, quàm castitatis, & pudicitia iacturam de Medicorum consilio subire, constantissimè elegit.

R. Amauit eum Dominus, &c.

MARTIVS.

Lectio vj.

Diem obitus di-
 diuinitus præco-
 gnouit, morboq; inua-
 lescente, sumpto sa-
 cro viatico, perendie,
 prout prædixerat ip-
 se sibi astantibus Sa-
 cerdotibus, & Viris
 Religiosis, animam
 purissimã carnis vin-
 culo solutam, in ma-
 nus omnipotētis Dei
 commendans reddi-
 dit, ætatis suæ anno
 vigesimoquinto, cu-
 ius corpus Vilnæ in
 Ecclesia Cathedrali
 conditum honorificè
 quiescit. Post eius
 mortem, exercitus Li-
 thuanicus, exiguus nu-
 mero ob subitanam,
 & insperatam Mosci

potentissimè instructi
 irruptionem, voto fa-
 cto, Beato Casimiro,
 apparēte ipso in aère,
 quasi Duce præuio de
 hoste ad internecionē
 deleto victoriam insi-
 gnem reportauit. Pu-
 ella Vrsula nomine
 mortua Vilnæ, à parē-
 tibus ad sepulcrū San-
 cti oblata, vitæ super-
 stes primæ subitò fa-
 cta est. Multi præte-
 rea cæci visum, clau-
 di gressum, & infirmi
 sanitatem, ad ipsius
 intercessionem rece-
 perunt, inque hodie-
 rum diem, recipiunt,
 monstrante Deo sin-
 gularem sui famuli
 Sanctitatem. Hunc
 Leo Papa decimus

MARTIVS.

in numerum Sancto-
rum retulit. Paulus
vero V. Pontifex Ma-
ximus, eius memoriã
semiduplicis celebri-
tatis officio, frequen-
tãdã præcepit. *R.* Iste
homo p̄fecit omnia.
In tertio Nocturno
Lectioes de Homi-
lia. Sint lumbi vestri
præcincti, &c. vt in
Communi Confesso-
ris non Pontificis.
Et nona Lectio de
Homilia feriã occur-
rentis si celebratur in
Quadragesima. Re-
liqua omnia per Lau-
des & Horas, vt in
Communi Confesso-
ris non Pontificis cū
commemoratione fe-
riã occurrentis, & Lu-

cij Papæ, & Marty-
ris, vt supra.

Die VI.

S. Claudiani Confes-
duplex. Oratio. De-

us, qui nos.

In primo Nocturno
Lectioes de Scriptu-

ra occurrẽte. (in Qua-
dragesima de libro

Ecclesiasticis, Bea-
tus vir.)

In secundo de serm-
Deridetur.

In tertio Homilia in
Euangelium. Sint lū-

bi vestri præcincti. de
Communi Confesso-

ris non Pontificis.

Die XV.

S. Magoriani. Conf-
duplex. Omnia, vt su-

pra, in festo sancti
Claudiani.

Die

MARTIVS.

Die XX.

In festo sancti Ioa-
chi confessoris & Pa-
tris Beatissimæ Virgi-
nis Mariæ. duplex.

A Capitulo omnia
de Comuni confes-
soris non Pontificis
exceptis ijs, quæ hic
sunt propria, cū com-
memor. S. Ioseph, &
feriæ occurrentis.

¶ Si hoc festum vene-
rit in aliqua Domini-
ca Quadragesimæ,
trāsferretur in feriã ter-
tiam: & in primis ves-
peris à capitulo fit de
eo, cum commemor.
Sãcti Benedicti Abba-
tis, & feriæ occurrētis.

¶ Si autem venerit in
feria secunda, in pri-
mis vesperis omnia

de communi confes-
soris non Pontif. exceptis
ijs, quæ hic sunt pro-
pria, cum commemo-
ratione Dominicæ.

✠. & Antiphona in
primis vesp. ad M a-
gnificat, & ad B ene-
dictus, ad Laudes.

✠. Potens in terra erit
semen eius.

℞. Generatio recto-
rum benedicetur.

Añã. Laudemus vi-
rum gloriosum in ge-
neratione sua, quia be-
nedictionem omniũ
gentium dedit illi Do-
minus, & testamen-
tum suum confirma-
uit super caput eius.

Oratio.

DEVS qui præ
omnibus sanctis

tuis

MARTIVS.

tuis Beatum Ioachim
genitricis filij tui pa-
trem esse voluisti: con-
cede, quæsumus, vt cu-
ius festa veneramur,
eius quoque perpe-
tuò patrocinia sentia-
mus. Per Dominum.

In primo Nocturno
Lectioes de lib. Ec-
clesiastici. Beatus vir
qui inuentus est. de
communi confessoris
non Pontificis.

In secūdo Nocturno.

Sermo sancti Epi-
phanij Episcopi,

Oratio de laudibus
Virginis sub initium.

Lectio iij.

DE radice Iesse
ortus est Rex
Dauid, & de Tribu
Regis Dauid Sancta

Virgo: Sancta, inquã,
& Sanctorum virorū
filia: Cuius parentes
fuerunt Ioachim &
Anna: qui quidem in
vita sua Deo placue-
runt, atque etiam fru-
ctū eiusmodi germi-
narunt, Sanctam Vir-
ginem Mariam, Tem-
plū simul, & Matrem
Dei. Ioachim porrò,
Anna, & Maria, hi
tres, Trinitati palam
sacrificium laudis of-
ferebant. Ioachim e-
nim interpretatur præ-
paratio Domini, eò
quòd ex illo præpa-
ratum sit templum
Domini, nempe Vir-
go, Anna rursus simi-
liter gratia interpreta-
tur: propterea quod

MARTIVS.

Ioachim & Anna gratiam acceperunt, ut accedentibus precibus, talem fructum germinarent, Sanctam Virginem adepti: Ioachim siquidem precabatur in monte, & Anna in hortu suo. **R.** Honestum. Sermo sancti Ioannis Damasceni.

**Oratio i. de Virginis
Mariæ Natiuitate
circa princip,
Lectio v.**

Quoniam futurum erat, ut Dei Genitrix & Virgo ex Anna oriretur, naturæ gratiæ foetum anteuertere minime ausa est: Verum tantisper expectauit, dum gratia fructum suum produxisset.

Siquidem oportebat eam primogenitam in lucem edi, quæ rerum omnium conditarum primogenitum in quo omnia coagmentata sunt, paritura erat. O par beatum Ioachim, & Anna: Vobis omnis creatura obstricta est. Per vos enim donum, omnium donorum præstantissimum, Creatori obtulit, nempe castam Matrem, quæ sola Creatore digna erat. **R.** Amauit eum. Ex eadem oratione paulo inferius.

Lectio vj.

Exulta Ioachim, quoniam ex filia tua filius natus est no-

bis: & vocatur nomen eius magni consilij hoc est, salutis totius mundi Angelus. Pudore afficiatur Nestorius, ac manum ori imponat. Puer hic Deus est. Quonam igitur modo ea Dei genitrix non sit, quæ peperit? Si quis Sanctam Dei Genitricem non confitetur, à Deitate remotus est. Mea non est hæc oratio, quamquam alioqui mea: hanc enim diuinissimam hereditatem à Theologo Patre Gregorio accepi. O Beatū par Ioachim & Anna ac profectō ex ventris vestri fructu immaculati agno-

scimini, quemadmodum Christus quodā loco dixit; Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Vt Deo gratum erat, ac dignum ea, quæ à vobis orta est, vitæ vestræ rationes instituitis. Caste enim ac sanctè munere vestro functi, virginitatis thesaurū produxistis. **R.** Iste hom. In tertio Nocturno. Lectio sancti Euāgelij secundum Matthæum. **Lectio vij.**

Liber generatio- nis Iesu Christi filij David, filij Abraham: Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. **Et reliqua.**

Homilia sancti Ioan-
nis Damasceni,

*Ex lib. 4. de fide or-
thodoxa cap. 15. de
Domini genealogia,
& sanctæ Dei genitri-
cis.*

Quod Ioseph ex
Dauidica tribu
originē du-
xerit, Sanctissimi Euā-
gelistæ Matthæus, &
Lucas liquido demō-
strarunt. Verum hoc
inter eos discriminis
est, quod Matthæus
ex Dauide per Salo-
monem Iosephū de-
ducit: Lucas autem
per Nathan. At verò
Sanctæ Virginis or-
tum, vterque silentio
præterijt. Quocirca
scire operæpretium

est, nec apud Hebræ-
os, nec apud Scriptu-
ram sacram hoc in
more positum fuisse,
vt mulierum genus re-
censeretur. Verum
hoc demum lege cau-
tum erat, ne tribus vl-
la vxores ex altera
tribu accerferet. Ac
proinde Ioseph, qui
ex tribu Dauidica or-
tum trahebat, iusti-
tiamque colebat (hæc
enim laudem ei tri-
buit diuinum Euāge-
lium) Sanctam Vir-
ginem haudquaquā
præter legis præscri-
ptum despondisset, ni-
si ex eodem sceptro
genus duxisset. Ob-
idque satis habuit
Euangelista demon-

MARTIVS.

strasse, vnde Ioseph
ortum traxerit. Igitur
ex stirpe Nathan filij
Dauid, Leui genuit
Melchi, & Panthe-
rem. Panther autem
genuit Barpantherē
(nam ita vocabatur)
Barpanther rursus ge-
nuit Ioachim, Ioach-
im denique genuit
Sanctam Dei genitri-
cem. **R.** Iste est.

Lectio viij.

Rursus ex stirpe
Salomonis filij
Dauid, Mathan ex
vxore sua genuit Ia-
cob: mortuo autem
Mathan, Melchi ex
tribu Nathan, filius
Leui, ac frater Pan-
theris, vxorem ipsius
Mathan, quæ etiam

Iacobi mater erat, ma-
trimonio sibi copula-
uit, atq. ex ea genuit
Heli: ita vterini fra-
tres erāt Iacob & He-
li: ille nimirum ex tri-
bu Salomonis, hic ex
tribu Nathan oriun-
dus. Porrò Heli, qui
ex tribu Nathan erat,
nullis liberis suscep-
tis, è vita migravit:
Eaque de causa, Ia-
cob ipsius frater, qui
ex tribu Salomonis
fluxerat, ipsius vxo-
rem accepit, fratrique
suo semen excitauit,
ac Iosephum proge-
nuit. Ioseph itaque
natura quidem filius
Iacob erat à Salomo-
ne oriundus: legis au-
tem ratione, patrem
habe-

MARTIVS.

habebat Heli, ex Nathan oriundum. Quæ cum ita sint, Ioachim lectissimam illam, ac summis laudibus dignam mulierem Annam matrimonio sibi copulauit.

℞ Sint lumbi vestri.

¶ *Si hoc festum celebratur in Quadragesima, ix. lectio legitur de Homilia feriæ occurrentis, & de ea fit commemoratio.*

Lectio ix.

Verum, quemadmodum prisca illa Anna, cum sterilitatis morbo laboraret, per orationem, ac promissionem Samuelis procreauit: eodem modo hæc etiam per

obsecrationem & promissionem Dei Genetricem à Deo accepit, vt ne hic quoque cuiquam ex illustribus matronis cederet. Itaque Gratia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dominam parit (id enim Mariæ nomine significatur.) Verè etenim rerum omnium conditarum Domina facta est, cū Creatoris mater extitit. In lucem autem editur in domo Probaticæ Ioachim, atque ad templum adducitur: ac deinde in domo Dei plantata, atque per spiritum saginata, instar oliuæ frugiferæ virtutum om-

MARTIVS.

nium domicilium efficitur: vt quæ videlicet ab omni huiusce vitæ, & carnis concupiscentia mentem abstraxisset, atque ita Virginem vna cum corpore animam conseruasset, vt eam decebat, quæ Deum sinu suo exceptura erat.

Te Deum.

In secundis Vesp. omnia de communi, & à capit. fit de Sancto Benedicto cum commemoratione S. Ioaehimi, & feriæ occurrentis.

Si hoc festum celebretur in Sabbato, aut si transferatur de Dominica in feriam tertiam, tunc in secundis

dis Vesp. omnia dicuntur de communi, excepta Oratione propria; Et fit cōmemoratio Dominicæ sequentis, aut feriæ tertiæ occurrentis.

Die XXIV.

S. Simonis Innocentis & Martyris. dupl. Omnia vt inf in eius proprio officio. f. 43.

Die XXVI.

S. Adalpreti Episcopi & Martyris. duplex Oratio. Deus q̄ nos. In omnibus Nocturnis tempore Quadragesimæ lectiones sumuntur de Communi vnus Marty. quæ primo loco ponuntur in Breuiario.

Tempore Pascha li,

MARTIVS.

In primo Noct. Lecti
de Scriptura occur.

In secundo de sermo
Dignum est.

In tertio Homilia in
Euangelium. Ego sū
vitis vera. de eodem
Cōi tempor. Pascha.

A P R I L I S.

Die XXIII.

S. Adalberti Episcopi
& Martyris. duplex.
Omnia, vt supra.
In festo S. Adalprei,
tempore Paschali.

Die XXIV.

S. Georgij Martyris.
duplex. Omnia, vt in
Breuiario, hoc die.

Die XXX.

S. Maxentiæ viduæ.
duplex. Omnia vt in
fra in eius proprio of
ficio, fol. 53.

M A R T I V S.

Die V.

S. Gottardi Episcopi
& Confessoris. dupl

Oratio. Exaudi nos.

In primo Nocturno
Lectiones de Scriptu
ra occurrente.

In secundo de sermo
ne, Beati Patris.

In tertio Homilia in
Euangelium. Vigila
te. de eodē Cōmuni

Die XX.

S. Bernardini Con
fessoris. duplex.

Oratio. Adesto Dñe.

In primo Nocturno
Lectiones de Scrip
tura occurrente (vel

si desint, de libro la
piētiae, Iustus si mor

te. de eodem Com
muni.)

In se-

MAIUS.

In secundo de sermone,
Beati N. dies.

In tertio Homilia in
Euangelium. Ecce
nos reliquimus om-
nia: ex Comuni Apo-
stolorum.

Die XXIX.

SS. Sisinij, Martyrij
& Alexandri Marty-
rum. duplex.

Oratio. Deus, qui
nos concedis.

In primo Nocturno
Lectioes de Scriptu-
ra occurrente.

In secundo de Sermo-
ne, Nemo est.

In tertio Homilia in
Euangelium. Descen-
dens Iesus. de Com-
muni plurim. Marty.

Tempore Paschali.

In secundo Nocturno

de sermone, Quibus
ego vos laudibus.

In tertio Homilia in
Euangelium Ego
sū vitis, vos palmites.

I V N I V S.

Die XV.

SS. Viti, Modesti &
Crescentiæ Marty-
rum duplex.

Oratio. Da Ecclesiæ,
vt in Breviario.

In primo Nocturno
Lectioes de Scriptu-
ra occurrente.

In secundo duæ pri-
mæ, vt in Breviario;
tertia de Sermone.

Quotiescunque de
Communi plurimo-
rum Martyrum.

In tertio Lectio fan-
cti Euangelij secun-
dum Lucam.

Lectio vij. Cap. 10.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.

Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In superioribus plâxit Dominus ciuitates, quæ post magna miracula atquè virtutes factas in se non pœnituerūt, peiores què gentilibus, qui naturale solūmodò ius dissipabant, post descriptum Legis cōtēptum, Filiū Dei quoque conculcare, gratiamquè ingrati spernere non timuerunt. Et ne quis putaret,

hanc increpationem illis tantummodò Ciuitatibus, vel personis, quæ Dominum in carne videntes spernebant; & non in omnibus, qui hodiè Euāgelij verba despiciunt conuenire: consequēter adiunxit, dicens. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit: vt in audiēdo quiq; vel spernendo Euāgelij Prædicatore, non viles iā quasquè personas, sed Dominum saluatore: immò ipsum se spernere vel audire disceret. *℞.* Propter testamētum. *Lectio viij.*

Nam sequitur: Qui autem me

spernit

spernit, spernit eum, qui misit me: quia proculdubio in discipulo magister auditur, & in Filio Pater honoratur. Potest & ita intelligi: Qui vos spernit; qui non facit misericordiam vni de fratribus meis minimis, nec mihi facit: quia & ipse pro his formam serui & pauperis habitum suscepi. Qui autem me spernit, nolens credere Deum, & Filium DEI conculcans, spernit eum, qui me misit, quia Ego & Pater vnum sumus. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes; Domine etiam,

dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.

R. Sancti mei.

Lectio ix.

BENÈ quidem confessi sunt, deferentes honorem nomini Christi: sed quia infirma adhuc fide gaudebant in virtutibus, vide quid audiant. Et ait illis: Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem. Non modò video, sed prius videbam, quando corruit. Quòd autem ait, sicut fulgur, vel præcipitem de supernis ad ima lapsum significat, vel quia deicætus transfiguratur se in Angelum lucis. Quia ergo discipulos de si-

gnorum operatione vidit elatos, exemplo eos terret, atque ad humilitatem reuocat eius, qui iam superbiendo cecidit; vt qui hunc ob superbiam cęlo recordarentur eiectionem, multo magis se de terra editos si superbierint, humiliandos agnoscant.

Te Deum laudamus.

Die XIX.

SS. Genuasij & Prothasij Marty. duplex

Oratio. Deus, qui nos annua.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente,

In secundo primę duplex vt in Breuiario: tertię de Ser. Quotiescunq.

In tertio Homilia in Euangelium. Descendens Iesus.

R. 8. Hęc est vera fraternitas. de Communi plurimor. Martyr.

Die XXVI.

S. Vigiliij Episcopi & Marty. Patroni. duplex. Omnia, vt infra in eius proprio Officio.

folio 2.

IVLVVS.

Die XII.

SS. Hermacorę & Fortunati Marty.

Fundatorum Ecclesię Triden. duplex.

Oratio. Deus, qui nos concedis.

In primo Nocturno Lectiones de Epistola

beati Pauli, Fratres, debitores sumus.

In se-

IVLIVS.

In secundo de sermo
ne, Nemo est, qui
nesciat.

In tertio Homilia in
Euangelium. Descen
dens Iesus, de Com
muni plurimorum
Martyrum.

Die XIII.

S. Margarite Virginis
& Martyris, duplex.
Oratio, Indulgentiã.

In primo Nocturno
Lectiões de Scriptu
ra occurrente.

In secundo de Serm.
Quoniam hodie.

In tertia Homilia in
Euangelium. Simile
est regnum cælorum
thesauro: ex Commu
ni non virginum.

Die XXIII.

S. Apollinaris Episco

pi & Martyris, dupl.
Omnia vt in Breuiario.

Die XXV.

Seu XXVII.

S. Christophori Mar
tyris, duplex.

In primo Nocturno
Lectiões de Scriptu
ra occurrente.

In secundo de Serm.
Triumphalis. de Cõ
muni vnius Martyris.

In tertio Homilia in
Euangelium vt supra
In festo S. Valentini.

AUGVSTVS.

Die VII.

S. Donati Episcopi &
Martyris, duplex.

Oratio, Deus tuo
rum gloria, vt in Bre
uiario.

In primo Nocturno
Lectiões de Scriptu

ra occurrente.

In ij. prima vt ī Breu.
duæ reliquæ de serm.
Triumphalis. de Cōi
vnius Mart. In tertio

Lectio S. Euāgelij se
cūdū Marc. Lect. vij.

IN illo tempore di
xit Iesus discipulis
suis: videte, vigilate &
orate. Et reliqua.

Homilia venerabilis
Bedæ Presbyteri .

Perspiciuē osten
dit Domin⁹, qua
re dixerit: De die au
tem illo, vel hora ne
mo scit, neq; Angeli
in cælo, neq; fili⁹, nisi
pater: quia nō expe
diat scire Apostolis,
vt pendulæ expecta
tionis incerti semper
eum credāt, esse ven

turum, quem ignorāt,
quando venturus sit
& non dixit: Quia ne
scimus, qua hora dñs
venturus sit, sed, nesci
tis. R. Corona aurea.

PRæmissioq; patris
familiars exēplo,
cur reticeat consūma
tionis diem, manife
stius docet, dicens: vi
gilate ergo, nescitis
enim, quando domi
nus domus veniat.
Homo autem, qui
peregrè profectus re
liquit domum suam,
haud dubium, quin
Christus sit, qui ad pa
trem post resurrectio
nem victor ascendens
Ecclesiam corporali
ter reliquit; quā tamē
nunquā diuinæ præsi

dio prasētię destituit,
manens in illa omni-
bus diebus vsq; ad cō-
sūmationē sęculi. **R.**

Hic est verē martyr.

Quod autem vo-
bis dico, omni-
bus dico, vi-
gilate. Non Apostoli
tantum & successores
eorum, rectores nimi-
rum Ecclesię, sed &
omnes vigilare præci-
pimur: vniuersi ia-
nuas cordiū nostrorū,
ne hostis antiquus:
mala suggerēdo, irrū-
pat, seruare iubemur.
Ne nos dormientes
dominus veniens in-
ueniat, sedulo singuli
præcauere debemus:
vnusquisq; eīm pro se
rationē reddet Deo.

Vigilat autem, qui ad
aspectum veri lumi-
nis mētis oculos aper-
tos tenet. Vigilat, qui
seruat operādo, quod
credit. Vigilat, qui a
se torporis & negli-
gentię tenebras re-
pellit. **T**e Deum.

Die XII.

S. Clarę Virg. dupl.

Oratio. Exaudi nos.

In primo Nocturno

Lectiones de Scriptu

ra occurrente,

In secundo prima vt

in Breviario: duę reli-

quę de sermone. Quo-

niam hodie.

In tertio Homilia in

Euangelium. Simile

est regnum cęlorum

decem virginibus. de

Communi Virginū

Die

AVGVSTVS

Die XVI.

S. Rochi Conf. dupl.
Oratio. Deus, qui.
In primo Nocturno
Lectiones de Scriptu-
ra occurrente.
In secundo de Sermo-
ne. Deridetur.

In tertio Homilia in
Euangelium. Sint lū-
bi vestri. de Commu-
ni Conf. non Pontif.

Die XVII.

In Festo Sancti Hya-
cintli confessoris Or-
dinis Prædicatorum.
Duplex. Omnia de
Communi Confess.
nō Pontificis. Oratio.

Deus qui nos.

In primo Nocturno.

Lect. de Sacra Scrip-
tura occurrente.

In secundo Noctur-

Lectio iij.

H Yacinthus O-
drouafius Polo-
nus, ex nobilibus &
Christianis parenti-
bus in Camiensi Vil-
la Episcopatus Vra-
tislauiensis natus est.
Pueritiæ annis transa-
ctis, cum Iuris prudē-
tiæ primū ac Theolo-
giæ operam dedisset,
inter Canonicos Cra-
couienses cooptatus,
statim cæteros sum-
ma eruditione, ac in-
signi morum pietate
excelluit. Romæ in
Ordinem Prædicato-
rum ab ipso Instituto-
re S. Dominico ad-
scriptus, emissaq. so-
lemni p̄fessione, mi-
rum est, qua constātia

perfe-

perfectam illam viuē
di rationem, quam ab
ipso didicerat, ad vsq.
vitæ finem seruauerit.
Nihil illo demissius,
nihil modestius. Vir-
ginitatem perpetuò
coluit: patientiam, hu-
militatem, abstinen-
tiam, ceterasque virtu-
tes tamquam certum
religiosæ vitæ patri-
monium adamauit.

R. Honestum.

Lectio v.

Charitate in De-
um adeò exar-
sit; vt sæpe integras
noctes fundendis pre-
cibus, castigandoque
corpori infumeret,
nec vllum eidem le-
uamentum, nisi vel
lapidi innixus, vel hu-

mi cubans adhiberet.
In patriam remissus,
Frisaci primum in iti-
nere amplissimum sui
Ordinis Cœnobium
extruxit. Cracouiam
inde reuersus, altero
ibi monasterio erecto
Dominicanæ religio-
nis familiam propa-
gavit. Denique studio
diuini cultus amplifi-
candi ad cæteras Po-
loniæ Regni Prouin-
cias conuersus, atque
alijs quatuor per di-
uersa loca exædifica-
tis monasterijs, incre-
dibile dictu est, quan-
tum verbi Dei prædi-
catione, ac vitæ inno-
centia apud omnes
profecerit.

R. Amauit eum.

Lect.

AVGVSTVS.

Lectio vj.

Asfiduum Sanctissimi viri studium erga proximorum salutem, maximis Deus miraculis illustravit. Petrum quemdam in aquis submersum, reuocavit ad vitam Iudith nobilem feminam ex paralyfi elinguem, reddito loquendi spiritu sanavit. Vandalum fluvium prope Visogradum aquis redundantem, nullo vel nauclero vel nauigio vsus traiecit; quin etiã expanso super vndas pallio, socios quoque secum traduxit. Segetes in agro vi grãdinis ac ventorũ deiectas,

effusis ad Deũ precibus restituit. Nullũ diem prætermisit, quo non præclara aliqua fidei, pietatis, atque innocentiaẽ documenta præstiterit. Eo vitæ genere ad quadraginta propemodum annos perducto, ac mortis die Fratribus suis prænunciato, Cracoviæ, ipso Assumptæ Virginis festo, pijs, ac Canonicis precibus recitatis, & Sacrosanctis Sacramentis Ecclesiæ summa cum veneratione perceptis, in illis verbis: In manus tuas Domine, obdormiuit in Domino anno 1257. Dum ipsius corpus ad sepulchrũ

defer-

deterretur, nobilis
quidam ex equo mi-
ferrimè excussus, ac
repentè exanimatus;
nec non Infans, quem
mater mortuum edi-
derat, vitæ restituti
sunt. Quem postremo
miraculis illustrem
Clemēs Papa VI I.
in Sanctorum nume-
rum retulit.

R. *Iste homo,*

In tertio Nocturno.

*Lectio Sancti Euan-
gelij secundum Lucā.*

*Sint lumbi vestri. de
communi Confess.*

Die XXV.

*In Festo sãcti Ludo-
uici Confessoris: Se-
miduplex. Omnia de
Communi Confess.
non Pontificis præter*

*ea, quæ hic sunt pro-
pria Oratio.*

Deus, qui beatū
Ludouicū Cō-
fessorem tuum de ter-
reno Regno ad cœle-
stis Regni gloriam
transulisti: eius quæ-
sumus meritis, & in-
tercessione, Regis re-
gum Iesu Christi Fi-
lij tui facias nos esse
confortes. Per eūdem
Dominum nostrum.

*In j. Nocturno, Lect.
de Scriptura occurrē-
te. In secundo No-
cturno. Lectio iij.*

Ludouicus nōnus
Gallię Rex, duo-
decim annos natus,
Patre amisso in Blan-
chæ matris sanctissi-
ma disciplina educa-

tus, cū iam vigesimū
annū in Regno age-
ret, in morbū incidit:
quo tēpore cogitauit
de recuperāda posses-
sione Ierosolymòrū.
Quā mobrem vbi con-
ualuisset, vexillū ab
Episcopo Parisiensi
accepit, deinde mare
cum ingenti exercitu
traijciēs, primo præ-
lio Saracenos fuga-
uit. Sed cum ex pesti-
lētia magna militū
multitudo periisset,
viēt⁹ ipse captusq. est.

¶ Honèstum.

Lectio v.

Rebus postea cū
Saracenis cōpo-
sitis, liber Rex, exerci-
tusq. dimittitur. Quin-
que annis in Oriente

commòratus, pluri-
mos Christianos à Bar-
barorū seruitute rede-
mit, multos etiam in-
fideles ad Christi fidē
cōuertit, præterea ali-
quot Christianorum
vrbes refecit suis sum-
ptibus. Interea mater
eius migrat è vita: qua-
re domū redire cogi-
tur, vbi totū se dedit
pietatis officijs: atque
regno præsentia sua
magnam pacē, tran-
quillitatemq. præbuit,
& conseruauit. Sine
acceptione persona-
rum, cōtrouersijs quo-
rumlibet diligenter
excussis, iustam fere-
bat sententiam. Qua-
re Proceres regni cer-
nētes eū Sapia

Dei

Dei præditum, diligebant eum ex animo, & non mediocriter verebantur.

✠ Amàuit eum.

Lectio vj.

CVM autem metueret pius Rex ne causæ pauperū negligenter, bis singulis hebdomadis in publico residēs loco, audiebat eorū querelas: & tū iustitia, tum misericordia eas expēdēs, celeriter eos expediebat. Multa edificauit, & monasteria, & pauperum hospicia: beneficentia egētes subleuabat, frequens uisibat agrōtos: quibus ipse non solū suis sumptibus omnia suppe-

ditabat, sed etiā, quæ opus erant, manibus ministrabat: vestitu vulgari utebatur; cilicio ac ieiunio corpus assiduè affligebat. Sed cū iterū trālmisisset, bellum Saracenis illaturus, iamque castra in eorū conspectu posuisset, pestilentia decessit in illa oratione: Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctū tuum, & confitebor nomini tuo. Eius corpus postea Lutetiam Parisiorum translātū est, quod in celebri Sancti Dionysij tēplo asseruatur, & colitur caput verò in Sacra Æde Sacræ Capellæ.

Ipse

Ipsē clarus miraculis à Bonifacio Papa Octauo in Sāctorum numerum est relatus.

R. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 19.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reuerti. *Et reliqua.*

Homilia sancti Ambrosij Episcopi.

Lib. 8. in Luc.

Bonus ordo, ut vocaturus gentes, & Iudeos iussurus interfici, qui noluerunt regnare supra se Chris-

tum, hanc praemitteret comparationem, ne diceretur: nihil dederat populo Iudaeorum, unde poterat melior fieri, ut quid ab eo, qui nihil recepit, exigitur? non mediocris ista est mna, quam supra mulier Euangelica, quia non inuenit, lucernam accendit; lumine quaerit admoto: gratulatur inuentam. **R.** Iste est.

Lectio viij.

Denique ex vna decē mnas alius fecit, alius quinque: fortasse iste moralia habet: quia quinque sunt corporis sensus: ille duplicia, id est, mystica legis, & moralia

probitatis . Vnde & Mattheus quinque ta-
lenta , & duo talenta
posuit . In quinque ta-
lentis vt sint moralia ,
in duobus, vtrumque
mysticū atque . mo-
rale: ita quod numero
inferius , re vberius .

R. Sint lumbi ve-
stri præcincti .

Lectio ix.

ET hic possumus
decem mnas de-
cem verba intellige-
re, idest, legis doctri-
nam: quinque autem
mnas, magisteria di-
sciplinæ. Sed legispe-
ritum in omnibus vo-
lo esse perfectū. Non
enim in sermone, sed
in virtute est regnum
Dei. Bene autē, quia

de Iudæis dicit, duo
soli multiplicatam pe-
cuniam deferunt, non
vtique æris, sed dispē-
sationis vsuris . Alia
est enim pecuniæ foe-
nebris, alia doctrinæ
coelestis vsura.

Te Deū laudamus .

SEPTEMBER.

Die XVII.

**Impressionis Sacrorū
Stigmatum in corpo-
re B. Francisci. dupl.
Omnia de Commu-
ni Confessoris non
Pontificis, exceptis
ijs, quæ hic propria
ponuntur.**

R. Signasti Domine
seruum tuum Fran-
ciscum .

R. Signis redemptio-
nis nostræ .

C

Ora-

SEPTEMBER.

Oratio.

Domine Iesu
Christe, qui frige-
scente mundo ad
inflammandum cor-
da nostra tui amoris
igne, in carne Beatissi-
mi Fráncisci Passionis
tuæ sacra Stigmata re-
nouasti: concede propi-
tius, vt eius meritis
& precibus Crucem
ingiter feramus, & di-
gnos fructus pœnitē-
tiæ faciamus. Qui vi-
uis, & regnas cum
Deo Patre in vnitae
Spiritus sancti Deus
Per omnia sæcula sæ-
culorum. Amen.

In primo Nocturno.
De Epistola B. Pau-
li Apostoli ad Gala-
tas. Cap. 5. & 6.

Lectio j.

SI spiritu viuimus,
spiritu & ambule-
mus. Non efficiamur
inanis gloriæ cupidi,
inuicem prouocâtes,
inuicem inuidentes.
Fratres, & si præoccu-
patus fuerit homo in
aliquo delicto, vos
qui spirituales estis,
huiusmodi instruite
in spiritu lenitatis, cõ-
siderans te ipsum, ne
& tu tenteris. Alter
alterius onera porta-
te, & sic adimplebitis
legem Christi. Nam
si quis existimat se ali-
quid esse, cum nihil
sit, ipse se seducit. O-
pus autem suum pro-
bet vnusquisque: &
sic in semetipso tan-

tum

tum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, & qui se catechizat, in omnibus bonis.

R. Euge serue bone.

Lectio ij.

Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam, qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non desiciamus: tempore enim

suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. Quicumque enim volunt placere in carne, ij cogunt vos circumcidi, tantum ut Crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.

R. Iustus gerninabit.

Lectio iij.

Mihi autem absit gloriari, ni-

SEPTEMBER.

si in Cruce Domini nostri Iesu Christi : per quē mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque preputium, sed noua creatura. Et quicumque hanc regulā secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini Nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen.

In secūdo Nocturno.
De sacris Stigmatib⁹.

D. Bonauenturae in
legenda sancti Francis-
cilci. cap. 13.

Lectio iv.

Fidelis reuera famulus, & minister Christi Franciscus biennio antequā spiritum redderet cœlo, cum in loco excelso seorsum, qui mons Aluerniē dicitur, quadragenarium, ad honorem Archāgeli Michaelis ieiunium inchoasset: supernæ cōtemplationis dulcedine abundantius solito superfusus ac cœlestium desideriorum ardentiori flāma succensus, supernarum cœpit immissionum cumulatius dona sen-

tire.

tire. Dum igitur Sera-
 phicis desideriorum
 ardoribus sursum age-
 retur in Deū, & affe-
 ctus compassiua tene-
 ritudine in eum trans-
 formaretur, cui ex cha-
 ritate nimia crucifigi
 complacuit: quodam
 mane circa festū Exal-
 tationis Sanctæ Cru-
 cis, in latere montis
 orans, vidit quasi spe-
 ciem vnus Seraphim
 sex alas tam fulgidas,
 quàm ignitas haben-
 tem de cælorum subli-
 mitate descēdere; qui
 volatu celerrimo ad
 aeris locum viro Dei
 propinquum perue-
 niens, non solum ala-
 tus, sed & crucifixus
 apparuit: manus qui-
 dem, & pedes habens
 extēsos, & Cruci affi-
 xos, alas verò sic miro
 modo hinc indè dispo-
 sitas, vt duas supra ca-
 put erigeret, duas ad
 volandū extenderet,
 duabus verò reliquis
 totū corpus circum-
 plectēdo velaret: Hoc
 vidēs vehementer ob-
 stupuit, mixtumque
 dolori gaudium mēs
 eius incurrit, dum &
 in gratioso eius aspe-
 ctu sibi tam mirabili-
 ter, quàm familiariter
 apparentis excessiuā
 quādam concipiebat
 lætitiā, & dira cons-
 pectā crucis affixio
 ipsius animam com-
 passiuī doloris gladio
 pertransibat.

SEPTEMBER.

Lectio v.

Intellexit quidem illo docente interius, qui & apparebat exterius: quod licet Passionis infirmitas cū immortalitate Spiritus Seraphici nulla tenus cōueniret: ideo tamen huiusmodi visio suis fuerat præsentata conspectibus: vt amicus ipse Christi prænosceret, se nō per martyrium carnis, sed per incendium mentis totum in Christi Iesu Crucifixi expressam similitudinē trāsfomandum. Disparens itaque visio post arcanum, ac familiare colloquium, mentem ipsius Seraphico inte-

rius inflammauit ardore: carnem verò Crucifixo conformi exterius insigniuit effigie, tanquam si ad ignis liquefactiuam virtutem præambulā sigillatiua quædam esset impressio subsecuta. Statim namque in manibus & pedibus eius apparere cœperunt signa clauorum, ipsorum capitibus in inferiori parte manuum, & superiori pedum apparētibus, & eorum acuminibus existentibus ex aduerso. Dextrum quoque latus quasi lācea transfixum rubra cicatrice obductum erat, quod sepe sangui-

nem

SEPTEMBER.

nem sacrū effundens, tunicam, & femoralia respergebat.

R. Amavit. **Lect. vj.**

Postquam igitur nouus homo Frāciscus nouo, & stupendo miraculo claruit, cum singulari priuilegio retroactis sæculis non concesso insignitus apparuit, sacris videlicet Stigmatibus decoratus, descendit de monte secum ferēs Crucifixi effigiē, non in tabulis lapideis, vel lignèis manu figuratam artificis, sed in carneis membris descriptam digito Dei viui: quoniam sacramentum Regis Seraphicus vir absconde-

re bonū esse optime norat, secreti Regalis conscius, signacula illa sacra pro viribus occultabat. Verum quia Dei est ad gloriā suā magna reuelare, quæ facit Dominus ipse, qui signacula illa secretè impresserat, miracula quædam apertè per ipsa monstrauit, vt illorum occulta, & mira vis Stigmatum, manifesta pateret claritate signorū. Porrò rem adeò admirabilem, ac tantopere testatā, atque in Pontificijs diplomatibus præcipuis laudibus, & fauoribus exaltatam. Benedictus Papa **XI.** anniuersaria solemnitate

SEPTEMBER.

tate duplici officio celebrari voluit, quam postea lapsam Paulus V. Pōtifex Maximus, vt corda fidelium ī Christi Crucifixi accenderētur amorē, restituit. In tertio Nocturno. Homil. in Euang. Si quis vult venire post me. quæ habetur in cōmuni vnus Mart.

R. vij. Ille est qui.

R. viij. Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini Nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

V. Ego enim Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto: Per quē, &c. *G*loria, &c. Per quem.

Die XX.

SS. Eustachij & Sociorum Marty. dupl. Oratio. Deus, qui nos concedis.

In primo Nocturno Lektionen de Epistola B. Pauli, Fratres debitores sumus (vel de Scriptura occurrente, quādo in diem Dominicum cadit.)

In secundo de Sermone. Nemo est.

In tertio Homilia in Euang. Descendens Iesus. de Cōmuni plurimorum Martyrum.

OCTOBER.

Die I.

In festo Angeli Custodis.

AD VESPERAS.

Antiphona. Angelis

fuis.

OCTOBER.

fuis . cum reliquis de
Laudibus . Psalmus .

Dixit Dominus . cum
reliquis de Domini-
ca : & loco vltimi .

Psal. Laudate Domi-
num omnes gentes .

Capitulū . Exod. 23 .

ECce ego mitto
Angelum meū ,
qui præcedat te , & cu-
stodiat in via , & intro-
ducatur ad locum , quē
præparavi : observa
cum , & audi vocem
eius . **Hymnus .**

Custodes homi-
num psallimus
Angelos ,
Naturæ fragili quos
Pater addidit
Cælestis comites :
insidiantibus
succumberet ho-

stibus .

Nam quod corruerit
proditor Angelus
Cōcessis merito pul-
sus honoribus ,
Ardens inuidia , pel-
lere nititur
Quos cælo Deus
aduocat .

Huc custos igitur per
uigiladuola ,
Auertens patria de
tibi credita
Tam morbos animi ,
quam requiescere
Quidquid non finit
incolas .

Sæctæ sit Triadi laus
pia iugiter ,
Cuius perpetuo nu-
mine machina
Triplex hæc regitur ,
cuius in omnia
Regnat gloria sæcu-

la .

OCTOBER.

la. Amen.

✠. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Ad Magnificat, Añã. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.

Oratio.

Deus, qui ineffabili prouidentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiã mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gau-

dere. Per Dominum nostrum, &c.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Regem Angelorum Dominum, Venite adoremus. **Psalmus.**

Venite exultemus.

Hymnus. Custodes hominum, **vt supra in Vesperis.**

In primo Nocturno Antiphona. Dominus Deus cœli, & terræ, ipse mittet Angelum suum coram te.

Psalmus. Domine Dominus noster.

Antiph. Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi. **Psalmus.**

In Domino confido.

An.

OCTOBER.

Antiphona. Bene ambuletis, & Dominus sit in itinere vestro, & Angelus eius comitetur vobiscum. **Psalm.**

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?

R. Stetit Angelus iuxta aram templi.

R. Habens thuribulum aureum in manu sua.

De libro Exodi.

Lectio prima.

Cap. 23.

Ecce ego mitto Angelum meum, qui praecedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem praeparavi. Observa eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non

dimittet, cum peccaveris, & est nomen meum in illo: Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia, quae loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te, praecedetque te Angelus meus.

R. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum.

R. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. In manibus.

**Ex Zacharia Prophe-
ta. Lectio ij. Cap. i.**

FActum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiae filij Addo, prophetam, dicens: Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo: & post eum equi rufi, varij, & albi. & dixi: Quid sunt isti, Domine mi? Et dixit ad me Angelus Domini, qui loquebatur in me; Ego ostendam tibi, quid sint hæc. Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt, quos mittit Dominus vt perambulent terram. Et responderunt An-

gelo Domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit.

R. Respondit Angelus Domini & dixit, Domine exercituum, Vsquequo tu non misereberis Ierusalem & urbium Iuda, quibus iratus es?

V. Iste enim septuagesimus annus est. Vsquequo.

Lectio iij. Cap. 2.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensuræ, & dixi: Quo tu vadis? Et dixit ad me: Vt metiar Ierusalem, &

videam

OCTOBER.

videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius, & ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius.

R. In conspectu gentium nolite timere, vos enim in cordibus vestris adorare, & timete Dominum: An

gelus enim eius vobiscum est.

R. Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Angelus enim. **G**loria Patri. Angelus enim.

In secundo Nocturno.

Antiph. Cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate ei. **Psalmus.**

Cæli enarrant gloriam Dei.

Antiph. Tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos.

Psalmus. Domini est terra.

Antiphona. Immittet Angelus Domini

in circuitu timentium
eum, & eripiet eos.

Psalmus. Benedicam
Dominum in omni
tempore.

℞. Ascendit fumus
aromatum in conspe-
ctu Dei.

℞. De manu Angeli.
**Sermo sancti Bernar-
di Abbatis.**

Serm. 12. in **Psal. 90.**
Lectio iiii.

Angelis suis mā-
dauit de te. Mi-
ra dignatio, & vere
magna dilectio chari-
tatis. Quis enim? Qui
bus? De quo? Quid
mandauit? studiose
cōsideremus, fratres,
diligenter commen-
demus memoriæ hoc
tam grande manda-

tum. Quis enim man-
dauit? cuius sunt An-
geli? cuius mandatis
obtemperant? cuius
obediunt voluntati?
nempe Angelis suis
mādauit de te, vt cu-
stodiant te in omni-
bus vijs tuis. Nec cun-
ctantes, quin etiam
in manibus tollant te.
Sūma ergo maiestas
mandauit Angelis, &
Angelis suis manda-
uit. Illis vtique subli-
mibus tam beatissimis,
quàm proximis sibi
cohærentibus, & vere
domesticis mandauit
de te. Tu quis es?
Quid est homo, quod
memor es eius? aut fi-
lius hominis, quoniā
reputas eum? Quasi

vero non fit homo putredo, & filius hominis vermis. Sed quid putas mandauit de te? vt custodiant te.

R. Viuit ipse Dominus. Quoniam custodiuit me Angel⁹ eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem.

V. Et non permisit me Dominus ancillā suā coinquinari. Quoniam custodiuit me.

Lectio v.

Quantam tibi debet hoc verbū inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam? Reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuo-

lencia, fiduciam pro custodia. Caute ambula, vt videlicet cui adsunt Angeli (sicut eis mandatum est) in omnibus vijs tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo, Angelo tuo reuerentiam habe. Tu ne audeas illo præsente, quod vidente me non auderis. An præsentem esse dubitas, quem non vides? Quid si audires? Quid si tangeres? Quid si olfaceres? Vide, quia non solo visu rerum præsentia comprobetur. **R.** Angelus Domini descēdit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flāmam ignis

de fornace. Et nō tetigit eos omnino ignis, neque contristauit.

V. Benedictus Deus eorum, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum. Et nō tetigit eos omnino.

Lectio vj.

IN ipso itaque, fratres, affectuose diligamus Angelos eius, tamquam futuros aliquādo cohæredes nostros interim vero actores & tutores à Patre præpositos, & præpositos nobis. Quid sub tantis custodiis timeamus? nec superari, nec seduci, minus autem seducere possunt, qui custo-

diunt nos in omnibus vijs nostris: fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt. Quid trepidamus? Tantum sequamur eos, adhæreamus eis, & in protectione Dei cœli cōmoremur. Quoties ergo grauissima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca custodem tuum, ductorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione: inclama eum, & dic: Domine salua nos, perimus. **R.** In omni tribulatione eorum non est tribulatus. Et Angelus faciei eius saluauit eos. **V.** In di-

lectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi. Et Angelus. **G**loria Patri. Et Angelus.

In tertio Nocturno.

Antiph. Misit Dominus Angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & Principem exercitus Regis Assyriorum.

Psalm. Cantate Domino canticum nouum.

Antiphona. Adorate Dominum omnes Angeli eius, audiuit, & lætata est Sion.

Psalm. Dominus regnauit, exultet terra.

Antiph. Benedicite

Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonis eius.

Psalm. Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt.

V. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Lectio vij.

Lectio sancti Evangelij secundum Matthæum. **Cap. 18.**

IN illo tempore accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est

in regno cœlorum ?

Et reliqua.

Homilia sancti Hilarij Episcopi.

Humilitas passionis scandalum mûdo est. In hoc enim maxime ignorantia detinetur humana, quod sub deformitate crucis, æternæ glorię Dñm noluit accipere. Et quid mûdo tam periculosû, quã non recepisse Christum ? Verumtamen sub hominis nuncupatione auctorem scandalii huius Iudaicum populum designat, per quem omne hoc mundo periculum cõparatur, vt Christum in passione abnegent,

quem lex, & Prophetæ passibilem prædicauerunt. Ideo enim necesse ait venire scandala, quia ad sacramentum reddendæ nobis æternitatis omnis in eo passionis humilitas esset explenda.

R. Machabæus, & qui cû eo erant, cognouerunt expugnari præsidia. Cum fletu, & lacrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, vt bonum Angelum mitteret ad salutem Israel.

V. Cum pariter prompto animo procederent Ierosolymis, apparuit præcedens eos eques in veste candida. Cum fletu.

OCTOBER.

LECTIO viij.

V Idete ne contē-
natis vnum de
pusillis istis, qui cre-
dunt in me. Aptissi-
mum vinculum mu-
tui amoris imposuit
ad eos præcipue, qui
vere in Domino cre-
didissent; pusillorum
enim Angeli quoti-
die Deū vident. Quia
filius hominis saluat,
& Deum Angeli vi-
dent, & Angeli pusil-
lorum præsumt fideiū
orationibus. Præesse
Angelos absoluta au-
ctoritas est. Saluatorū
igitur per Christum
orationes Angeli quo-
tidie Deo offerunt.
Ergo periculose ille
contemnitur, cuius

desideria, ac postula-
tiones ad æternum, ac
inuisibilem Deū am-
bitioso Angelorum
famulatu, & ministe-
rio peruehuntur.

R. Tu Domine qui
misisti Angelum tuū
sub Ezechia Rege Iu-
da, & interfecisti de
castris Sennacherib
centū octoginta quin-
que millia. Et nunc
dominator cælorum
mitte Angelum tuū
bonum ante nos in ti-
more, & tremore ma-
gnitudinis brachij
tui. **V.** Vt metuāt qui
cum blasphemia ve-
niunt aduersus san-
ctum populum tuū.
Et nunc. **G**loria Pa-
tri. Et nunc.

Lectio ix.

ATque vt ingen-
tem esse in cœ-
lis lætitiã reditu hu-
manæ salutis ostende-
ret, comparationis po-
suit exemplum eius,
qui oues nonaginta
nouem in montibus
reliquisset, & errantẽ
vnã requisisset, qua
inuenta plus gaudi-
sit, quam habebatur
in nonaginta nouem
conseruatione lætitię.
Ouis vna homo intel-
ligẽdus est, & sub ho-
mine vno vniuersitas
sentienda est. Sed in
vnus Adæ errore om-
ne hominum genus
aberrauit. Ergo nona-
ginta nouem non er-
rantes multitudo An-

gelorum cęlestiũ opi-
nanda est, quibus in
cœlo est lætitiã, & cu-
ra salutis humanę. Igi-
tur & quærens homi-
nem, Christus est; &
nonaginta nouem re-
lictĩ, cęlestis glorię
multitudo est, cui cũ
maximo gaudio errãs
homo in Domini cor-
pore est relatus.

Te Deum laudamus.
A D L A V D E S,
& per Horas, Añã.

Angelis suis De-
us mãdauit de-
te, vt custodiant te in
omnibus vijs tuis.

Psalm. Dominus re-
gnauit. **cum reliquis.**

Antiph. Laudemus
Dominum, quem lau-
dant Angeli, quem

OCTOBER.

Cherubim, & Sera-
phim, Sanctus, San-
ctus, Sanctus procla-
mant. **Antiph** Ange-
li eorum semper vi-
dent faciem Patris
mei, qui est in coelis.

Antiph. Benedictus
Deus, qui misit Ange-
lum suum, & eruit ser-
uos suos, qui credi-
derunt in eum.

Antiphona. Laudate
Deum omnes Ange-
li eius, laudate eum
omnes virtutes eius.

Capitulū. Exod. 23.
ECce ego mitto
Angelum meū,
qui præcedat te, & cu-
stodiat in via, & intro-
ducat ad locum, quē
præparavi: observa
eum, & audi vocem

eius. **Hymnus.**

ORbis patrator
optime,
Qui, quidquid est,
potentia
Magna creasti, nec
regis

Minore providētia.

Adesto supplicātium
Tibi reorum cœtui,
Lucisq. sub crepus-
culum

Lucem nouam da
mentibus.

Tuusq. nobis Angel^o
Signat^o ad custodiā
Hic adsit, à cōtagio
Qui criminum nos
protegat.

Serpētis nobis emuli
Calumnias extermi-
net,
Ne rete fraudulētiae
Incauta nectat pe-

OCTOBER.

ctora.

Metum propellat ho-
stium

Nostris procul de fi-
nibus,

Pacem procuret ci-
uium,

Fugerq. pestilentia.

Deo Patri sit gloria,
Qui quos redemit

Filius,
Et sanctus vnxit Spi-
ritus,

Per Angelos custo-
diat. Amen.

V. In conspectu An-
gelorum psallam tibi
Deus meus.

R. Adorabo ad tem-
plum sanctum tuum,
& confitebor nomini
tuo.

Ad Benedictus, Añã
Reuersus est Angelus,

qui loquebatur i me,
& suscitauit me, quasi
virum, qui suscitatur
à somno suo.

Oratio.

Deus qui ineffabi-
li prouidentia
sanctos Angelos tuos
ad nostram custodia
mittere dignaris: largi-
re supplicibus tuis, &
eorum semper prote-
ctione defendi, & æ-
terna societate gau-
dere, Per Dominum.

AD TERTIAM.

Capitulũ, Exod. 23.

Ecce ego mitto
Angelum meũ,
qui præcedat te, & cu-
stodiat in via, & intro-
ducat ad locum, quẽ
preparauĩ: observa-
eum, & audi vocem

eius.

OCTOBER.

eius. **R.** Stetit Angelus, Iuxta aram templi. Stetit.

V. Habens thuribulum aureum in manu sua. Iuxta aram. Gloria Patri. Stetit.

A. Ascēdit fumus aromaticum in conspectu Domini.

R. De manu Angeli.

A D S E X T A M.

Capitulū. Exod. 23.

Nec contemnendum putes, quia nō dimittet, cum peccaueris: & est nomen meum in illo.

R. Ascēdit fumus aromaticum, In conspectu Domini. Ascendit.

A. De manu Angeli. In conspectu Domini. Gloria Patri. Ascē

dit. **V.** In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

A D N O N A M.

Capitulū. Exod. 23.

Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te, præcedetque te Angelus meus.

R. In conspectu Angelorum Psallam tibi Deus meus. In conspectu.

A. Adorabo ad templum sanctū tuū, cōfitebor nomini tuo. Psallam. Gloria. In

OCTOBER.

conspectu. **V** Adorate
te Deum. **R.** Omnes
Angeli eius.

IN SECUNDIS

Vesperis.

Antiphona. Angelis
suis. cum reliquis de
Laudibus. Psalmus

Dixit Dominus. Cō-
fitebor. Beatus vir.

Laudate pueri Domi-
num. Confitebor ti-
bi Domine in toto
corde meo: quoniam
audisti.

Capitulum, Hym-
nus, & Vers. vt supra
in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Añā.
Sancti Angeli custo-
des nostri defendite
nos in prælio, vt non
pereamus in tremen-
do iudicio.

Die VI.

In festo Sancti Bru-
nonis confessoris. Se-
miduplex.

Omnia de Comuni
Confess. nō Pontific.
præter ea, quæ hic ap-
ponuntur. Oratio

Sancti Brittonis
Confessoris tui,
quæsumus Domine,
intercessionibus adiu-
uemur; vt qui Maie-
statem tuam grauiter
delinquendo, offendi-
mus: eius meritis, &
precibus, nostrorum
delictorum veniam
consequamur. Per
Dominum nostrum
Iesum Christum &c.

Ad Matutinum.

Omnia de Comuni
præter lectiones quæ

sequun-

sequuntur.

In primo Nocturno.

Lectioes de Scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex eius vita apud Suri-
riū, & alios. Lect. iiii.

Bruno Carthusia-
næ Religionis In-
stitutor, Coloniae A-
grippinae natus est.
Ab ipsis autē incuna-
bulis specimen quod-
dam futurę sanctitatis
prætulit; Morū enim
grauitate, puerilia il-
lius ætatis, diuina fa-
uēte gratia, declinās,
adeò excelluit, vt iam
indè Monachorū Pa-
ter, vitæq; anachoreti-
cæ futurus instaurator
agnosceretur. Is à pa-
rentibus, genere, ac

virtute claris, Lutetiā
Parisiſiorum miſſus; tā-
tum ibi in Philoſo-
phiæ, ac Theologiæ
ſtudijs profecit, vt Do-
ctoris, ac Magiſtri
munus in vtraque fa-
cultate ſit adept⁹, nec
multo poſt, ob egre-
gias ipſius virtutes,
Eccleſiæ Rhemenſis
Canonicatu potitus.

R. Honestum.

Lectio v.

Anno Domini
ſupra milleſi-
mum octogefimo ſe-
cūdo memorabili ſpe-
ctaculo apud Pariſios
interfuit; Cum enim
ad celeberrimi cuiuſ-
dam Magiſtri funus
triduò celebrandum
tota ferè Ciuitas con-

OCTOBER.

uenisset, accidit, ut ad illa verba psallentiū, Responde mihi prima die se accusatum, secunda iudicatum, tertia condemnatum, ore proprio defunctus exclamauerit. Rei nouitate, ac certæ damnationis sententia perculsus inter alios, Bruno, cum sex alijs familiaribus, mūdo renunciāns, Sanctum Vgonem Episcopum Gratianopolitanū adiit: Qui causa eorum aduentus cognita, eosdemq; intelligens esse, quos eadē nocte, veluti septem stellas ad suos pedes corruentes in somnis viderat, montes

suæ Diæcesis asperimos, quos Carthusianos appellant, illis concessit. Illuc Bruno cū socijs, ipsoq; Vgone comitante, biennio post, secedens, cum per aliquot annos eremiticam vitam egisset, ab Urbano Secundo, qui eiusdem Brunonis discipulus fuerat, Romā accersitur. **R.** Amavit eum.

Lectio vi.

EIus consilijs, ac doctrina Urban^o in tot illis Ecclesiæ calamitatibus per sex annos vsus est; donec Bruno, recusato Rhegiensi Calabriae Archiepiscopatu discendi facultatem ob-

tinuit.

tinuit. Igitur solitudinis amore, Eremum quādam apud Squillacum in Calabria finibus petijt: Quo in loco cum ipsum orantem Rogerius Guiscardus Dux Calabriae inter venandum, laurantibus ad illius speluncam canibus, quādam die reperisset, sanctitate viri permotus, illi, ac socijs Ecclesiae S. Mariae, ac B. Stephani de Eremo donarijs magnificentissimis à se auctas concessit. Nèc liberalitas sine prēmio fuit. Cum enim idem Rogerius Capuam obsideret, eumque Sergius quidam Graecus excubia

rum magister prode re statuisset, Bruno, adhuc in dicta Eremito viuens, in somnis illi omnia aperiens, ab imminente periculo Ducem liberauit. Tandem virtutum, meritis plenus, nec sanctitate minus, quā doctrinae fama clarus, conuocatis fratribus, vitam suam simul, ac fidē, facta in haec verba, per celebri confessione conclusit. Credo etiam Sacramenta, quae sancta credit, & veneratur Ecclesia, & nominatim panē, & vinum quae consecrantur in Altari, post consecrationem verū corpus esse Domini

OCTOBER.

Nostri Iesu Christi
veram carnem, & ve-
rum sanguinem, quæ
& nos accipimus in
remissionem nostro-
rum peccatorum, &
in spem salutis æter-
næ. Obdormiuit in
Domino pridie no-
nas Octob. Anno salu-
tis Millesimo centesi-
mo primo, sepultusq;
est in eodem Mona-
sterio S. Stephani ab
ipso Rogerio Duce
constructo, vbi hacten-
us honorificè colit-
ur. *R.* Iste homo,

In tertio Nocturno.

*Lectio sancti Euāge-
gelij secūdum Lucā.*

Cap. 12. Lectio vij.

In illo tempore di-
xit Iesus discipulis

suis: Sint lumbi vestri
præcincti, & lucernæ
ardentes in manibus
vestris. *Et reliqua.*

Homilia S. Brunonis
Confessoris.

Ex ser. 5. de Confess.

Non possunt alij
esse lucernæ ar-
dentes, nisi illi, qui
lūbos præcinctos ha-
bent. Lucernæ quidē
esse possunt; ardentes
esse non possunt. Nisi
enim ignis inferior ex-
tinguatur, superior lu-
cere non potest. Infe-
rior ignis, luxuria est:
superior verò quis
alius, nisi gratia Spiri-
tus sancti? Lucernæ
autem ipsi sunt, qui
nisi continentiam, &
castitatem habuerint,

non

non lumen, & claritatem, sed tenebras ministrant, & cecitatem; Cæcus enim si cecum duxerit, ambo in foveam cadunt, Domini sententia est. Qui autem lucerna ardens esse vult, lumbos præcingat, continentiam, & castitatem custodiat. **R.** Iste est.

Lectio viij.

Sic enim præcinctos esse oportet, qui Salomonis custodiunt lectum. Lectus Salomonis est Ecclesia, illius videlicet Salomonis, qui ait, Ecce plusquam Salomon hic. Vnde illi benè præcincti sunt, qui super femur suum, suum

gladium habent; illū videlicet gladium, quo castissima Iudith Holofernem interfecit. Apostolus enim non solū Episcopos, & Sacerdotes, verum etiam omnes Christianos, sanctos, castos, & continentēs esse iubet, cum dicit. Qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui solutus est ab vxore, non ducat vxorem.

R. Sint lumbi vestri.

Lectio ix. Ex serm. 7.

Sequitur. Beati sui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes. Si ad vltimum aduentū respiciam⁹, & bonos,

& malos omnes vigilantes inueniet non erit enim tunc tēpus dormiendi, siue boni, siue mali aliquid agēdi: sed solummodo timendi, & iudicium expectandi. Ergo dū tempus habemus, cū Apostolo operemur bonū ad omnes. Hoc est enim vigilare, in bonis operibus perseverare. Illa anima dormit, imò quasi mortua iacet, quæ negligens, & desidiosa est, & nihil boni operatur. Ille bene vigilabat, qui ait: Media nocte surgebam ad cōfitendū tibi. Iste enim non solum vigilabat, sed & vigilando Deū

laudabat. **T**e Deum laudamus &c.

Die VII.

S. Iustinae Virginis & Martyris. duplex.

Oratio.

DEVUS, qui nos dāna beatę Iustinae Virginis & martyris tuę solemnitate letificas: da, vt quam veneramur officio, etiam pię conuersationis sequamur exēplo. Per Dominum nostrum &c.

**In primo Nocturno
Lectioes de Scriptura occurrente.**

In secundo de sermone. Quoniam hodie.

In tertio Homilia in Euangelium. Simile est regnum cœlorum

decem

OCTOBER.

decem virginibus. de

Comuni Virginū

Die VIII.

In festo S. Birgittæ

Viduæ, semiduplex

Officium totum sum-

tur de Comuni, nec

Virginum, nec Marty-

rum, præter propria

quæ sequuntur.

Oratio.

Domine Deus

nostrè, qui Bea-

tæ Birgittæ per Filiū

tuum vnigenitum se-

creta cœlestia reuela-

sti: ipsius pia interces-

sione da nobis famu-

lis tuis, in reuelatio-

ne sempiternæ gloriæ

tuæ gaudere lætantes.

Per eundem &c.

Deinde fit comme-

moratio Sancti Mar-

ci Papæ, & confesso-

ris cum commemo-

ratione Sanctōrū Ser-

gij, Bacchi, & Apulei.

In primo Nocturno.

Sumuntur Lectiones

de scripta. occurrente.

In secūdo Nocturno.

Ex Bulla Canoniza-

tionis Bonifacij. IX.

Lectio iij.

Birgitta in Regno

Suecię Birgero pa-

tre, & Sigrida matre

illustribus, pijsq; &

deuotis parētibus na-

ta, toto vitæ suæ tem-

pore eximie sanctita-

tis clarissima dedit ar-

gumenta & exempla.

Cū adhuc in vtero

matris gestaretur, ma-

ter ex naufragio libe-

rata, audiuit per som-

num

nium, seruata se propter eam, quā in utero portaret. Decimo ætatis anno, cū quadam die de passione Domini sermonem audisset, eumq; cordi suo firmiter impressisset, nocte sequenti vidit Iesum in cruce sanguine recenti perfusum, de passionē suā ipsam alloquentem. Qua existimāte eum tunc temporis fuisse crucifixum, & interrogante quisnam eū cruci tam dirē affixisset, respondit Dominus, ab his hoc factū qui contemnerēt charitatem ipsius. Ex eo tempore in passionis Domini meditatione

ita afficiebatur, ut nunquam sine lacrimis de ea cogitare potuerit. **R** Propter veritatem &c. *Lectio v.*

T Radita à patre nobili & prudenti viro Vlfoni Nericię Principi, ipsum ad recitandas horas Beatissimę Virginis, ad confessionem peccatorū singulis ferijs sextis faciendam, aliāq; pietatis officia exemplo suo, & frequenti sermone efficaciter incitabat: filios suos, & filias magna sollicitudine in timore Domini educabat: infirmorum, & pauperum verè mater fuit, domo vna pro ipsis assigna-

OCTOBER.

ta, cum magna humilitate illis ministrabat, pedes etiam eorū lauando & osculādo. Postea vnā cum viro Compostellā ad Sancti Iacobi sepulchrū profecta est: vbi in reditu Atrebatī in Gallijs, marito in grauem incidente morbum, Sanctum Dionysium noctu vidit, qui eam in eo mærore solatus est, & de viri salute, rebusq; alijs, quæ futuræ essent, prædixit.

R. Dilexisti &c.

Lectio vj.

Postquam reuersi sunt in patriā vir eius Religionem Cisterciensium in Monasterio Aluastrensi pro-

fessus est; illa verò audita in somnis voce Christi, vt sua sponsa esse vellet; mox habitum mutauit & vitā. Ab eo itaque tempore per viginti & octo annos colloquijs cœlestib⁹ fruebatur, multasq; profundorū Dei arcanorum reuelationes habuit. Regulam Sancti Saluatoris ab ipso Domino acceptam, in Monasterio Vastanensi instituit: in quo cū duos annos exegisset, diuino monitu Romam profecta omnes ad Dei amorem liberè exhortabatur; Regibusq; Principibus, Imperatoribus, & Pontifici-

bus

OCTOBER.

bus verba arcana in nomine Dñi annunciabat. Inde Hierosolymam adijt; ex qua peregrinatione cum in febrim incidisset, per annum integrum cum morbis grauibus conflictata, plena pijs & sãctis operibus Romæ foeliciter ad Dñm migravit, Anno Dñi millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, & à Bonifacio Nono Papa in numerum Sãctorum relata est. Corp⁹ eius in Sueciã ad Monasterium Vastanense translatum.

R. Fallax gratia &c.

In tertio Homilia in Euang. Simile est regnũ cœlorũ thesauro.

Die XIII.

S. Geraldii Confessoris. duplex.

Oratio. Deus, qui.

In j. Noctur. Lect. de

Scriptura occurrẽte.

In secundo de sermo

ne. Deridetur.

In tertio Homilia in

Euang. Sint lumbi ve

stri. de Commun

Confessoris nõ Pont

Die XVII.

S. Florentij Episcopi

& Confessoris. dupl

Oratio. Da quęsum⁹.

In primo Nocturno

Lectioes de Scriptu

ra occurrente.

In secũdo de Sermo

ne. Ad sancti.

In tertio Homilia in

Euangelium. Homo

quidam peregrẽ pro

fici-

OCTOBER.

ficiscens. de eodem

Communi.

Die XXI.

SS. Ursulæ & Sociarum Virginum & Martyrum. duplex.

Oratio. Da nobis, quesum⁹ omnipotēs.

In primo Nocturno
Lectioes de Scriptura occurrente.

In secundo de sermone. Nunc nobis.

In tertio Homilia in Evangelium. Simile est regnum cœlorum decem virginibus, de

Communi Virginū

In vtrisque Vespertinis ad Magnificat, & in Laudibus ad Benedictus, Antiphona

Prudentes virgines.

✠ Adducentur regi.

NOVEMBER.

Die IV.

In festo Sancti Caroli Episcopi & cōfessoris. Duplex. Oratio

ECclesiā tuā Dñe, Sācti Caroli Cōfessoris tui atque Pontificis continua protectione custodi; vt sicut illū Pastoralis sollicitudo gloriū reddidit: ita nos eius intercessio in tuo semper faciat amore feruentes. Per Dñm.

In j. Noct. Lect. de script. occur. Lect. iv

CArolus Mediolani nobili Borromæorum Familia natus, quanta futurus esset sanctitate conspicuus, diuina lux super

NOVEMBER.

Parentis matris cubi-
 culum noctu coruscās
 præsignavit; A pueri-
 tia clericali militiæ ad-
 scriptus, Abbatia post
 modum insignitus, Pa-
 trē admonuit, ne red-
 ditus in rem familia-
 rem conuerterentur,
 quorū ipse nactus ad-
 ministrationem, quic-
 quid supererat, expen-
 debat in pauperes.
 Adolescens liberali-
 bus disciplinis Papiæ
 operā dedit. Castitatē
 adeò coluit, vt impu-
 dicas etiam mulieres
 ad labefactandā eius
 pudicitiam pluries im-
 missas inuicta constā-
 tia fugauerit. Vigesi-
 mum tertiū ætatis an-
 num agēs à Pio Quar-

to eius Auunculo in
 Sacrum Cardinaliū
 Collegiū cooptatus,
 insigni pietatis, ac vir-
 tutum omnium splen-
 dore præluxit. Mox
 ab eodē Mediolanēn-
 Archiepiscopus crea-
 tus, in eo plurimam
 operam adhibuit, vt
 iuxta Sacrosanctum
 Tridentinum Conci-
 liū, quod eius potissi-
 mum sollicitudine iā
 tum fuerat absolutū,
 Ecclesiam sibi com-
 missam componeret,
 atque vt deprauatos
 plebis suæ mores re-
 formaret, præter itera
 tam sæpius Synodorū
 celebrationem, seipsū
 eximix sanctitatis præ-
 buit exemplar. In pro

figan-

figandis Hæreticis è partibus Rhætorum, & Heluetiorum, quorū plurimos ad Christianā fidem conuertit, maximè laborauit. *R.* Inueni David.

Lectio vj.

Huius viri charitas præcipuè enituit, cum Britano Principatu vendito, pretium vniuersū ad quadraginta aureorū millia, vna die in pauperes erogauit. Nec minori pietate viginti millia, quæ sibi fuerant legata, distribuit; Ecclesiasticos prouētus, quibus ab Auunculo copiosè fuerat cumulatus, dimisit, nonnullis retētis, qui-

bus ad proprios vsus, & egenorum necessitates utebatur. Quo tēpore pestis Mediolani grassabatur, domesticam supellectilem, ne relicto sibi lectulo, in eosdem alendos contulit, super nuda in posterum tabula decumbens, eoque morbo laborantes sedulo inuisens, paterno reficiebat affectu, & Ecclesiæ sacramenta proprijs ipse manibus administrans, mirum in modum solabatur; humillimis interim precibus reconciliator accedens, publica supplicatione indicta, fune sibi ad collum alligato, nu-

NOVEMBER.

dis pedibus, etiã offendi-
culo cruētatis, Cru-
cē baiulans, semetip-
sum pro peccatis po-
puli hostiam offerēs,
diuinam indignatio-
nem auertere satage-
bat. Ecclesiasticæ li-
bertatis fuit acerrim^o
propugnator; Discipli-
næ verò restituendæ
sollicitus, à seditiosis,
dùm orationi insiste-
ret, tormēti belli ci la-
xata rota, igneo glo-
bulo percussus, diuina
virtute seruatur illæ-
sus. **R.** Posui adiuto-
rium. **Lectio vj.**

Abstinentia fuit
admirabilis; ieiui-
nabat sæpissimè pane
tantum, & aqua, solis
quandoq; lupinis con-

tentus. Nocturnis vi-
gilijs, asperrimo cili-
cio, assiduis flagellis
corpus domabat. Hu-
militatis, ac mansue-
tudinis studiosissimus
fuit. Orationem, ac
Verbi Dei prædicationem,
grauissimis licet
curis occupatus, nun-
quam intermisit. Mul-
tas Ecclesias, Mona-
steria, Collegia ædifi-
cavit, plura scripsit ad
Episcoporum præfer-
tim instructionem vti-
lissima, cuius etiã ope-
ra Parochorum Ca-
techismus prodijt.
Demùm in solitudi-
nem Varalli Montis,
vbi sculptis Imagini-
bus Dominicæ passio-
nis Mysteria ad viuũ

representantur, seces-
sit; Ibi que diebus ali-
quot voluntaria casti-
gatione asperam, sed
Christi dolorum me-
ditationibus tuam
vitam ducens; in fe-
brim incidit. Mediola-
num reuersus, ingra-
uescentem morbo, ci-
nere, ac cilicio cooper-
tus, & oculis in Cruci
fixi Imaginem defi-
xis, migravit in Cæ-
lum, ætatis anno qua-
dragesimo septimo,
Domini verò millesi-
mo quingentesimo
octogesimo quarto,
pridie nonas Nouem-
bris. Quem miraculis
clarum Paulus Quin-
tus Pontifex Maxi-
mus in Sanctorum

numerum retulit.

R. Ilte est.

Die VI.

*S. Leonardi Confes-
soris. duplex.*

Oratio. Deus, qui.

In primo Nocturno

*Lectiones de Scriptu-
ra occurrente.*

In secundo.

Lectio iv.

Leonardus Regio
genere ortus, à
beato Remigio Epi-
scopo Remensi san-
ctis moribus, doctri-
naquè salutari imbu-
tus, recutatis, quos illi
Choldoueus offere-
bat, honoribus, ne mu-
nus Episcopale susci-
pere cogeretur, Aqui-
tanium petijt. Vbi
plurimis ad Christi fi-

dem

dem conuersis, in solitudinem se recepit. In ea fratribus aquam desiderantibus, perennem suis precibus fontem impetrauit. Idem cæcos, claudos, enegumenos, & quolibet morbo laborantes, incolumitati restituit. Captiuus demùm viri sancti opem implorantibus, repentè soluta vincula, effracti carceres, libertas reddita, atque alia multa miracula viri sanctitatem declararunt.

R. Honestum.
 duæ reliquæ de sermone,
 Deridetur.
 In tertio Homilia in

Euangelium. Sint lumbi vestri. de Communi Confessoris non Pontificis.

Die XVIII.

Dedicationis Ecclesie Tridentinæ. dupl. cum octaua, Omnia de Communi Dedicationis Ecclesie, vt in Breuiario.

Die XXVI.

S. Catharinæ Virginis & Martyris. dupl. Omnia vt in Breuiario.

DECEMBER.

Die VI.

S. Nicolai Episcopi & Confessoris. dupl. Omnia, vt in Breuiario.

F I N I S.

P/ 6055



Sine
omni
non

dale-
dupl.
Omnia
Dedi-
iz, vt

L.
Virgi-
dupl.
reua-

ER.

bicopi
dupl.
reua-

BIBLI

DI TRES

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

I
I
A
171

PROPRIVM

x-rite

colorchecker



MSCPPCC0613

